



Disputatio juridica inauguralis de transactionibus

<https://hdl.handle.net/1874/341895>


55


Miscellanea Doctrina


Quarto V. n°. 492


1. Burmannus, P. De transactionibus.
2. Craeyvanger, Gul. De tutelis.
3. Monckton, J. De obligationibus ex consensu.
4. Ball, J. De haemorrhoidibus.
5. Turcaeus, J. De transactionibus.
6. Spencer, S. De tabe.
7. Graevius, J. G. De jure praedicatorio.
8. Roos, Th. De febre tertiana intermissione.
9. Wortman, H. Theses miscellaneae illustres. (var.)
10. Sint, L. De lienteria.
11. Hirschius, J. H. De asthmate.
12. Kerckraad, A. à Ad legem Pompejam de parricidiiis.
13. Schorer, J. De rei vindicatione.
14. Caulier, P. De legatis.
15. Roxet, L. De pleuritide.
16. Rossum, J. van. De vertigine.
17. Martens, C. De partis.
18. Lansbergius, J. De usufructu, et quemadmodum quis
utatur vel fruatur.
19. Specht, N. De nephritide.
20. Alteren, G. van. De deposito.
21. Houwaert, J. De legatis.
22. Keith, W. De fidejussionibus.
23. Nüsseler, J. G. De dolore colico.
24. Bouwer, J. De affectione hypochondriaca.
25. Kernhout, Gul. ab Aerzen. De usufructu.


26. Potley, Guil. De societate.
27. Moere, A. van der. De tabelis.
28. Swanke, J. De adulterio.
29. Michaëlisjen, H. A. De deposito.
30. Hasselaer, G. Disp. continens quasdam illustiores
juris positiones ex variis iuriis materiis decerpitas.
31. Huneken, J. De in integrum restitutio[n]ibus.
32. Sorgeloos, F. De contrahenda emptione.
33. Almonde, P. van. De exercitoria - actione.
34. Smith, T. De conceptu humano.
35. Brunnwell, J. C. De lienteria.
36. Proff, J. C. De jure venandi.
37. Poy, Ab. R. de. De fidus sionibus.
38. Kercke, A. van de. De usufructu.
39. Hinnebeek, C. van. De commodato.
40. Bengen, J. De scorbuto.
41. Luchtenburg, C. van. De locatione conductione.
42. Duck, N. De testamentis.
43. Verbrugge, R. De compensationibus.
44. Beest, A. F. van. De phthisi.
45. Maire, J. le. De inofficioso testamento.
46. Bloemendaal, L. De haemorrhagia.
47. Wend, C. E. De cancro mastinarum.
48. Heisner, J. F. De febre catarrhalis.











D I S P U T A T I O J U R I D I C A
I N A U G U R A L I S,
D E
TRANSACTIONIBUS,
O U A M,
P R A E S I D E D E O O P T . M A X .
E x auctoritate Magnifici Rectoris,
D. JOANNIS LUYTS,
Philosophiæ Doctoris, ejusdemque Facultatis in Inclytâ Academiâ
Ultrajectinâ Professoris Ordinarii ,
N E C N O N
Amplissimi Senatus Academicî consensu , Nobilissimeque
Facultatis JURIDICÆ Decreto ,
PRO GRADU DOCTORATUS,
Summisque in UTRIQUE JURE honoribus &
Privilegiis ritè, & legitimè consequendis ,
Eruditorum Examini subjicit
P E T R U S B U R M A N N U S , U L T R A J E C T I N U S .
Ad diem 26. Martii horâ locoque soliis.



T R A J E C T I ad R H E N U M ,

Ex Officina FRANCISCI HALMA, Academiæ
Typographi , clc lcc LXXXVIII.



Spectatissimis Gravissimis VIRIS,

D. I S A A C O B A L D E ,

D. P E T R O B A L D E ,

Mercatoribus apud Amstelodamenses
vigilantissimis , fidelissimis.

D. G E O R G I O de M E Y ,
Apud Goudanos Ecclesiæ Divinæ mini-
stro facundissimo , doctissimo.

D. JOANNI van FLAMERDINGE ,
Medicinæ Doctori expertissimo , Equiti
S. Marci dignissimo
Agnatis meis summo honore colendis.

Has studiorum primitias

D. D. D.

PETRUS BURMANNUS ,

A U C T .



DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS,
D E
TRANSACTIONIBUS.

THESES I.

Cum laudabile admodum & vita humana necessarium sit advocationis officium l. 4. C. de advoc. divers. Judic. non illud in litibus cognendis & protrahendis, hominibusque inanibus sumptibus vexandis versari oportet, sed qui illi operam dant, exemplum veterum & ceterorum imitari decet, qui partes, antequam ad litigandum procederent, privatim monebant, ut amica transactione litem componerent, ut docet ex l. 13. ff. de servit. pred. Rust. Cuiac. 18. observ. 38. Nihil enim humano generi tam noxiun est, quam continuis litibus semet invicem conterere & exhaustire, praestatque paulum de jure suo concedere, quam dubiam judicii aleam tentare, exemplo Alcyti apud Petron. c. 14. cui quamvis suum (quod socius vindicare malebat) placebat emere, & parvo ere recuperare potius thesaurum quam in ambiguam li-

4 DISPUTATIO JURIDICA

tem descendere. Cui malo optimum in jure nostro, Transactio-
nis remedium proponitur, quod pro temporis ratione, breviter
explicandum nobis induximus.

I I.

Transactio dicta est a transfigendo, quod generaliter cujuscun-
que rei compositionem denotat l. 229. ff. de V. S. Cic. pro Cluent.
Manilius rem cum Oppiano transfigit, pecuniam ab eo accepit. Inju-
re vero specialiter, illam compositionem notat qua res dubia &
lis incerta deciditur, quin & impropriè dicitur *Judex transfigere*
cum loco unius pœnæ alteram irrogat. l. 13. §. 7. ff. de bis qui not.
inf. l. 13. ff. ad munic. & denique judicij translatio transactio dici-
tur l. 57. ff. de Judic. propriè autem dicta transactio definitur
quod sit rei dubia vel litis incerta, aliquo dato vel retento, conventa
decisio, quæ verba in ipsa materia transactione exequienda venient.
Conventa vero dicitur *decisio* ut distinguatur a judiciali decisione,
quæ sit per sententiam judicis. Non recte vero alii mihi per
paetum definire videntur, cum tantum sit modus, quo fieri po-
test transactio. vid. Bachov. ad Trentl. disp. 7. th. 1. lit. D.

I I I.

Ut autem ordine procedat nostra disputatio videbimus 1. qui-
nam possint transfigere, 2. de quibus rebus, 3. quomodo fiat
transactio. 4. Quis sit transactionis effectus, & ultimo quo-
modo rescindatur.

Transfigere omnes possunt quibus pacisci licitum est, & qui
nec natura nec lege prohibentur, ut furiosi §. 8. l. de inutil. si-
pul. infantes & infantæ proximi l. 1. §. 13. ff. de O & A. Minor-
es autem 25. annis non sine consensu curatorum possunt trans-
figere, quia nec pacisci l. 28. ff. de paet. nec contrahere possunt l. 3.
C. de integr. rest. si vero non habeant curatores & transegerint da-
turi illis restitutio t. t. C. si advers. transact. prohibentur & pro-
digi

digi l. 6. ff. de V. Obl. cum nulla sit eorum voluntas l. 40. ff. de R. f. generaliter autem notandum est, in transigentibus, ne quod urus transagit, ad alium extendatur, quia nemo alterum transigendo laedere potest l. 3. ff. b. t.

Non autem suo quis tantum nomine, sed & alterius quis transigere potest, ut Syndicus sive Administrator Reipublicæ, non tamen aliter nisi super rebus, de quibus mandatum habet, & quatenus jus liquidum non remittit l. 2. C. b. t. cum ipsis non perdendi sed administrandi jus concedatur, si vero de re immobilis sit transigendum, adhibendum videtur esse decretum judicis arg. l. ult. C. de vendend. agr. civit. Tutores & Curatores possunt transigere de rebus Pupillorum & Minorum, si sit in rem eorum l. 54. §. fin. l. 56. §. 4. ff. de furt. cum melius sit ut pupilli aliquid accipiant, quam ut de toto in periculum veniant l. 46. §. ult. ff. de adm. tut. nec aliter ipsis permittitur, nisi jus pupillorum sit dubium & obscurum, nec probationes suppetant arg. l. 35. ff. de jurej. si sit questio de rebus immobilibus pupillorum judicis decretum est interponendum l. 22. C. de adm. tut. l. 4. C. de pred. min.

Procurator quoque in rem suam datus quin possit transigere nullum dubium est, cum & jusjurandum deferre possit l. 17. §. fin. de procur. & sit instar domini l. 55. ff. de procur. si vero sit datus ad litem non potest transigere, nisi & hoc ei mandatum sit l. 7. C. h. t. l. 60. ff. de procur. si autem universalis omnium bonorum libera administratio ipsi sit commissa, recte transagit l. 17. §. fin. ff. de jurejur. l. 58. ff. de procur. Procurator Principis sine expresso ad hoc mandato transigere non potest l. 13. ff. b. t. non enim alienare ei rem Cæsaris sed diligenter gerere commissum est l. 1. §. 1. ff. de offic. procur. Cæsar.

DISPUTATIO JURIDICA

Pater de ictibus filii emancipati non potest transfigere *l. 10. ff. b. t.*
quia emancipatus habetur ipse pro patrefamilias, & res suas libe-
re potest administrare, *l. 182. de V. S.* & deinde emancipatus lo-
co extranei habetur, *§. 3. f. de hered. qual. & dif.* nemo autem
potest transfigere de rebus extranei sine ejus mandato, *l. 3. f. b. t.*
(unde nec mater de liberorum bonis transfigere posse dicendum
est) valet vero transactio inter filium emancipatum & patrem
futorem; *l. 5. C. de dol. mal.* si vero filius sit in potestate patris,
patri non licet de adventitiis transfigere, nisi cum consensu filii
l. ult. §. 3. C. de bon. qualib. non vero de castris & quasi ca-
stris, quia in iis filius est patrefamilias *l. 2. ff. ad SCtum. Ma-*
ced. servus quoque qui habet liberam peculii administrationem de
eo recte transfigit *l. 52. §. 26. ff. defurt.*

V. I.

Vidimus Personas quibus licitum est transfigere vel non, nunc
porro de rebus despiciamus: generale autem hoc requisitum est
quod res debet esse dubia *l. 1. ff. b. t.* i. e. de quibus vel lis est,
vel timetur ne lis fiat, nam & sufficit ad transactionem si lis esse
possit *d. l. 2. C. b. t.* si autem per calumniam quis item minatus,
hoc modo pecuniam extorserit, non valet transactio, & quod
datum est potest repeti *l. 65. §. 1. ff. de cond. indeb.* De re certa
de qua nec lis est nec timetur, non valet transactio, unde de re
indicata transfigere non licet, quia ea finem controversiae inter
partes litigantes imponit, requiritur autem ut sententia sit valida,
nec appellatione vel restitutione in integrum possit infirmari *l.*
132. C. b. t. & si dubium sit indicatum sit nec ne valet trans-
actio *l. 11. pr. ff. b. t. l. 23. §. 1. ff. de Cond. indeb.* si quis autem
dolo inductus post rem indicatam transfigerit, non valet, & quod
eo nomine dedit potest condicere, vel in causam judicati com-
pensare *d. l. 23. §. 1. ff. de cond. indeb.* Prohibita etiam est transactio
de controversiis ex testamento ortis, nisi prius inspectis testamen-
ti (sub quo & codicilli continentur) tabulis *l. 6. ff. b. t. l. 1. §.*
1. ff.

1. ff. test. quemad. aper. ratio duplex dari potest, quia sic nec existum haberent voluntates supremæ hominum, quod tamen publice expedīt l. 5. ff. eod. & hoc modo fenestra aperitetur fraudi illorum, qui hominum ultima judicia supprimerent, hoc animo, ut hæredes legitimi modico præsenti contenti à tota hæreditate desisterent.

VII.

De alimentis testamento vel codicillis relictis non licet trānsigere nisi adhibito decreto Prætoris in urbe, Præsidis in provincia l. 8. ff. b. t. & Prætor ipse cognoscere causam debebat non alteri mandare l. 8. §. 17. & 18. ff. b. t. si vero à fisco alimenta essent relictæ, cognitione pertinebat vel ad Procuratorem Cæsaris in provincia, vel ad Præfectos ærarii in urbe d. l. 8. §. 19. nam hi erant judices fiscales. l. 12. ff. de his que ut indig. l. 42. ff. de jure fisc. ratio cur transactio de alimentis prohibita sit, ea est, quia homines pauperes & egeni, quibus à testatore alimenta relictæ suppeterabant, forte modico præsenti contenti non consulerent in longitudinem, & futuris alimentis renuntiarent. l. 8. §. 7. ff. b. t. atque ita voluntas testatoris exitum non haberet: de præteritis autem alimentis quæ debentur, recte fit transactio quia ibi ratio dicta cessat l. 8. C. b. t. ut nec prohibita est transactio de alimentis ex contractu vel conventione debitissimis, l. 8. §. 2. ff. b. t. ratio autem differentiæ ea videtur esse, quia testator alimenta relinquendo non sibi sed alimentario prospexerit, contrahens vero magis sibi, quam cui debentur alimenta, consuluisse præsumitur, & cum contractus sit mutuo consensu initus, nihil tam naturale est quam ut mutuo dissensu iterum dissolvatur l. 35. ff. de R. f.

VIII.

Sed nec omnino prohibita est omnis de alimentis transactio, sed ea tantum quæ alimentarii, per fraudem ad transactionem inducti,

8 DISPUTATIO JURIDICA

ducti, faceret conditionem deteriorem, nam si melior ipsius conditio transigendo fiat, licitum est transigere, ut exempla in l. 8. §. 6. & §. pen. ff. b.t. demonstrant; nec tantum de alimentis prohibita est transactio, sed & de lite, quæ de alimentis moveri posset, quia facile fingi posset lis aliqua, ut ita lex circumveniatur, ut ait Ictus in d. l. 8. §. 20. & si facta sit transactio de alimentis & aliquid datum sit, nihil hoc nocebit alimentario, sed ad alimenta proficit sive iis imputatur l. 7. §. ult. ff. b.t. Alimenta vero in transactione stricta significatione sumuntur, ita ut nec habitatio nec vestiarium contineatur d. l. 8. §. 12. sed de his specialiter sit transigendum; in legato autem alimenta hæc omnia continent l. 6. & ult. ff. de alim. vel cib. leg. ratio autem differentia hæc dari potest, quia voluntates defunctorum sunt late interpretandæ l. 12. ff. de R. f. Transactiones autem strictæ: alimentorum autem nomine non continetur annum quid legatum, ut salariū vel ususfructus, de quibus transactio prohibita non est, nisi ususfructus sit vice alimentorum relictus d. l. 8. §. 23. Pactio autem gratuita de alimentis prohibita non est, cum non tam facile quis donare, & gratis remittere præsumitur l. 25. ff. de probat.;

I. X.

Jam videamus de criminibus quatenus de iis permitta est transactio, & prius distinguendum est, inter crima admissa & admittenda, de his nullo modo transactio permitta est. l. 27. §. 4. ff. de pact. nam alias frustra criminibus pænae essent impositæ, de commissis vero licita est. Crimina autem sunt vel publica vel privata, de privatis etiam licet transigere d. l. 27. §. 3. & 4. l. 7. §. 14. in fin. ff. eod. & hujus transactionis effectus est ut actio ipso jure tollatur d. l. 27. §. 2. vers. sed si ff. de pact. vel ope exceptionis d. l. 27. §. 4. vers. item ne, et si vero reus ab actione liberetur non tamen effugit notam infamiae l. 4. §. fin. ff. de his qui not. inf. si vero quis gratis paucatur, vel det quidem pretium, sed auctore Prætore non notatur

l. 6.

l. 6. §. 3. & 4. ff. eod. sed hoc ita accipendum est si transfigat de actione quæ infamiam adserit, ut de dolo &c., non vero si de actione quæ non infamat, ut de Lege Aquilia, de interdicto unde vi &c., ratio autem cur notentur est, quia transfigens de crimine privato habeatur pro confessio *l. 5. ff. de his qui not. infam.* confessi autem pro judicatis *l. 1. ff. de confess.* Publica crimina sunt vel capitalia, vel non capitalia, capitalia vel stricte sumuntur, pro eis quæ pœnam sanguinis ingerunt, vel quæ tantum mortem civilem inferunt, ut deportatio &c. de capitalibus criminibus celeberrima est Diocletiani & Maximini constitutio *l. 18.* *C. b. t.* quæ quoniam multorum eruditorum ingenii crucem fixit, paulum ei explicandæ inhærebimus.

X.

Duas partes seu regulas complectitur hæc constitutio 1. est de criminibus capitalibus quæ pœnam sanguinis inferunt, de quibus lex transactionem permittit. 2. Est de omni crimine publico, quod pœnam sanguinis non infert, de quo transactio prohibita est. Quid autem capitale crimen sit anxie inquirere non est hujus loci, ea tantum addemus quæ explicationi legis hujus inferire poterunt. In hac lege capitale crimen stricte ponitur pro eo crimen quod morte naturali punitur, quod ex ultima hujus legis parte constat, quo sensu sæpius in jure nostro usurpatur ut in *l. 4. ff. de penis* ubi deportationi opponitur; ratio autem cur in his criminibus permissa sit transactio, est miseratio, & quia unicuique quoconque modo licet sanguinem suum redimere *l. 1. ff. de bon. eor. qui ante sent.* videtur autem hæc constitutio & in gratiam rei & accusatoris lata esse, cum hac ratione accusator absolvatur à pœna talionis, quæ in capitalibus criminibus constituta erat accusatori, si crimen non probaret *l. fin. C. de accus.* Reo vero maxima inde utilitas reddit, 1. quia non incidit in crimen corrupti adversarii *d. l. 1. ff. de bon. eor.* quod alias qui faciebat pro convicto habebatur *l. 29. de jur.*

B

fisc.

10 DISPUTATIO JURIDICA

fis. transigens autem pro confessio non habetur 2. quod ille accusator, cum quo transegit, non possit repetere accusationem, nec tamen aliis via ad accusandum præclusa est, nec à pœna sed ab accusatore reus liberatur.

X I.

Reo autem quocunque tempore & ante & post accusationem transigere permisum quin sit, dubium non est, de actore vero dubitatur, cui tamen idem tribuendum esse videtur, cum quia eadem ratio quæ reo favet, & pro actore militat, ut super thes. demonstravimus, tum quia legis hujus verba generalia sunt, adde quod ineptum videretur, Reo transfigendi, aliquidque ea de causa dandi facultatem dare, actori autem negare, cum nulla transactio fingi poterit nisi inter duos, & denique huc quadrat illud juris principium, *Cni aliquid à lege conceditur ei & conceduntur omnia sine quibus illud expediri nequit.* arg. l. 1. ff. de Juris. porro si accusator ante accusationem institutam transigat, posset videri incidere in crimen concussionis, pecuniam accipiens, cum accusationem minatus sit l. 2. ff. de concus. nec illud obstat ullo modo potest, quod qui desistit ab accusatione, incidat in SCtum Turpilianum, quod tunc verum non est, ubi lex, ut hæc nostra, accusatori dat facultatem desistendi, cum licitum sit permisum Imperatoris desistere ab accusatione l. 13. §. 1. ff. ad SCt. Turpil.

X II.

Excipitur in hac lege adulterium, de quo transactionem Impp. vetant, cuius exceptionis ratio non una ab interpretibus datur, quidam hanc allegant, quia crimen est gravissimum, quæ certe ratio nullius momenti est, cum alia graviora crimina sint ut Parricidium &c; alii vero frequentiam adulterii prætexunt, alii causantur, quod paucis & iis propinquis tantum licet accusare l. 30. C. ad L. ful. de adulst. qui si quid, vel ex pacto, vel alio modo acci-

pient,

piant, rei siebant Lenocinii l. 2. §. 1. l. 11. §. 3. l. 14. pr. ff. eod. cuius eadem erat poena quæ adulterii l. 8. ff. eod. quod si jam transfigere illis licuisset pænam hanc eluderent: alii hanc rationem afferrunt quod olim non fuerit capitale crimen, quod nec admitti potest, cum an fuerit capitale nec ne dubitari potest arg. §. 4. *J. de Public: Jud.* Ita ut Probabilis sit Corasii opinio *Miscel. lib. 2. c. 1.* quod pœna mortis vilioribus fuerit irrogata, deportatio honestioribus. & deinde si non fuerit capitale, excipendum fuisset in posteriori parte legis, si Imperatores jus vetus respxissent: ita ut verosimile sit hæc verba, *excepto Adulterio*, ab interprete margini adscripta in textum irreplisse, nam nulla iudicata ratio dari potest, quare ab aliis criminibus distinguatur. Excipiunt communiter DD. crimen Majestatis & Parricidii, sed nulla subnixi lege vel ratione, cum lex hæc generaliter loquatur, ut nec Incesti Stupri & similia crimina excepta esse dicendum sit, quia incesti & stupri pœna non est capitalis l. 6. & *Antb. seq. C. de incest. nupr. §. 4. J. de publ. jud.*

X III I.

Altera pars constitutionis prohibet transactionem de omnibus aliis publicis criminibus, quæ pœnam mortis non ingerunt, ut sunt quæ relegationem, deportationem, membra mutilationem, vel fustigationem vel similem pœnam imponunt, ratio autem est quia in his non est tanta vis miserationis, nec ratio. *d.l. 1. ff. de bon. eor.* huc potest applicari, cum non de vita hominis, cuius expedienda omnis ratio honesta est, agitur, & sola hic fæditas & turpitudo criminis remanet, quod puniri publice expedit, & deinde cum vox *capitalis* hac in lege stricte sumatur, non ad deportationem debet extendi, quamvis & ea *capitalis* pœna vocetur l. 103. de *V.S.* quod & dicendum de infamie pœna, quæ quamvis & *capitalis* dicitur in *d.l. 103. de V.S.* (cum & ibi sit latissima vocis *capitalis* significatio, & potest infamia intelligi quæ ex judicio capitali Reo inuritur, ut in *l. 3. ff. de his qui not. inf.*)

12 DISPUTATIO JURIDICA

& fama vitæ æquiparetur l. 9. ff. de man. vind. non tamen de ea licita sit transactio. Cum autem Impp. publica tantum crimina nominent, quæri posset, an de privatis licita sit transactio, ubi distinguendum est, utrum criminaliter agatur ex delicto privato, quo casu prohibita est transactio, cum Reus videatur delatorem corrumpere & habeatur pro confessio l. ult. ff. de prævar. & accusator si desistat, et si non incidat in SCtum Turpilianum, coercetur tamen arbitrio judicis l. 7. §. 1. ff. de SCt. Turpil. si vero civiliter agatur, licita est transactio ut supr. thes. 9. ostendimus, & actori iterum agere volenti obstat pacti vel transactionis exceptio l. 7. ff. cond. furt. l. 13. C. de furt.

XIV.

Ultima hujus legis verba, *citra falsi accusationem* difficultatem aliquam habere videntur, cum multi interpretes hic excipi crimen Falsi putant, & *citra propter* poni autumant, cui sententiæ cur non accedam, movet me cum insolens vocis *citra*, *propter*, usus, cum semper fere *sine* significat ut in l. 10. & 24. C. de Rei vind. quæ lex eosdem, quos hæc, habet autores & infinitis aliis locis probari potest, quos congerere non est instituti nostri, tum quod nulla apta ratio dari potest exceptionis: accipienda ergo verba hæc ita sunt, ut non liceat transigere de crimine publico non capitali, quin accusator transigens incidat in SCti Turpiliani pænam, quæ est quinque librarum atri l. 3. §. ult. de prævaric. falsum autem committit vel tergiversando vel prævaricando l. 1. §. 1. ff. ad SCt. Turp. l. 6. ff. eod. Non vero extendi debent hæc verba ad Reum, sed tantum ad accusatorem, quia Reus non tenetur falsi ex SCto Turpiliano, sed is alio modo punitur, nimis. ut habeatur pro convicto ut supra dictum est.

XV. Post-

X V.

Postquam vidimus de Personis & Rebus, de modis quibus transactio fieri potest despiciamus, sit autem vel nudo pacto l. 2. & 15. ff. b. t. vel non nudo ut simplici stipulatione l. 6. & 23. C. b. t. vel contractu innominato l. 17. C. b. t. l. 21. de dol. mal. vel per Aquilianam stipulationem & acceptilationem l. 15. ff. b. t. l. 15. C. eod. vel stipulationi antecedenti adjicitur poenalis stipulatio l. 41. C. b. t. vel sit per jurandum l. 31. ff. de jurej. unde dicitur jurandum speciem transactionis continere l. 2. ff. eod. denique sit vel pure vel sub conditione l. 9. C. b. t. vel scriptura vel sine l. 17. C. de fid. instr. vel in judicio vel extra l. 28. C. b. t. nam saepissime transactiones fiebant jussu Prætoris, cuius officium erat partes ad transigendum compellere l. 13. §. 3. ff. de Usufr. & earum transactiones confirmare l. 1. §. 10. ff. de nov. oper. nunc. nec refert noctu an interdiu fiat l. 20. C. eod. imo die feriato licet transigere l. 11. C. de fer.

X V I.

Effectus transactionis varii sunt pro modis quibus initur, ut si nudo pacto fiat, non quidem tollit priorem actionem, sed producit exceptionem, vel doli mali replicationem l. 28. C. b. t. non autem reus his potest uti, nisi prius paratus sit implere quæ promisit l. 19. C. b. t. l. 21. C. de pact. si fiat per stipulationem, nascitur actio ex stipulatu, l. 6. & 33. C. b. t. si per contractum innominatum, actio præscriptis verbis datur l. 6. C. b. t. si Aquilia accessit stipulatio, omnes actiones ante competentes perimuntur l. 4. C. b. t. si poenalis stipulatio subjecta sit, peti potest & poena l. 16. ff. b. t. si sit jurejurando facta, fidem rumpens omni actione privatur, & ab eo potest peti interesse, & poena si adjecta sit, & notatur infamia l. 41. C. b. t.

14 DISPUTATIO JURIDICA

XVII.

Generalis vero Transactionis quoquo modo perfectæ effectus est, ut litem finiat & dirimat, quod adeo verum est ut et si quis transegerit de causa, ex qua non erat obligatus, non tamen audietur, si velit repetere, quod transactionis causa dedit *l. 23. C. b. t.* quia hæc satis justa causa videtur, ob quam quid datum est, ut à lite discedatur *l. 65. §. 1. ff. de cond. indeb.* & transactionis causa datum & indebitum sibi opponuntur *l. 6. C. de Jur & fact. ignor.* Porro Transactionis inter transigentes eandem habet vim, quam res judicata *l. 20. C. b. t.* unde non potest retractari *l. 16. C. b. t.* eodem modo ut nec res judicata *l. ult. C. sentent. resc. non pos.* imone sub prætextu instrumentorum postea repertorum *l. 19. C. b. t.* ut nec res judicata *l. 4. ff. de Re jud.* nisi facta sit ex falsis instrumentis *l. 142. C. b. t.* quod & in re judicata obtinet *t. t. C. si ex fals. instr. judic.*

XVIII.

Quod autem diximus transactionem retractari non posse fallit, si mutuo consensu ab ea recedatur, non tantum re integra, sed & jam dato vel retento aliquo. *l. 14. C. b. t. l. 35. ff. de R. f.* non vero pænitentiâ unius nisi res sit integra *l. 36. & 39. C. b. t.* 2. rescinditur transaction inita cum minore 25. annis *l. 20. 22. 25. C. b. t.* sed minor hic omnia probare tenetur, quæ probat cum petit restitutionem in integrum *l. 11. §. 34. l. 43. ff. de minor.* 3. si inita sit ex falsis instrumentis ut super: thes: diximus. 4. Si dolo malo sit inita *l. 4. l. 19. C. b. t.* 5. Si evidens calumnia adsit *l. 65. §. 1. de Cond. indeb.* quia non tam transaction quam sordida concusso facta intelligitur *l. 1. §. pen. ff. de calumn.*

XIX.

Corollarii vice tractanda hic est quæstio, num etiam transaction posset

posset rescindi ex l. 2. C. de rescind. vend. i. e. an posset , transi-
gens læsus ultra dimidium recedere a transactione , quod negan-
dum esse videtur , cum transactio comparata est ad sponendas &
finiendas lites l. 12. C. b. t. jam nullus esset litium finis , si rite
peracta transactione quæreretur , num quis læsus esset enormiter ,
& sic remedium ad extingendas lites inventum , ad eas alendas ap-
plicaretur , denique hoc referri possent omnia , quæ de effectibus
antea diximus , quæ alias inutilia essent , si hoc prætextu liceret
a transactione recedere , & nihil transactionis causa datum repeti
posse constat ex l. 23. C. b. t. & l. 65. §. 1. ff. de cond. indeb. quid
quod & beneficium d. l. 2. nemini subsidio sit , nisi qui certam
læsionem tempore contractus factam demonstrat l. 8. C. de rescind.
vend. transaction autem semper initur de re dubia & incerta.

COROLLARIA.

I.

*Negotiorum gestor tenetur de culpa le-
vissima.*

I I.

*Pactum incontinenti adjectum contractui
bona fidei format actionem , secus si
stricti juris contractui adjiciatur.*

Qui

*Qui credit in refectionem navis non ha-
bet tacitam hypothecam.*

IV.

*Invecta & illata in predium Urbanum
pignoris jure tenentur, non in predium
rusticum.*

V.

*Periculum rei vendita, nondum tradita
spectat ad emptorem.*

